

nunciatur iudicium Domini, qui sedes Ecclesiæ & religionis vulgò existimatur, qualis hodiè Roma. *Εκ τῆς ὁμοιωσίας* hùc consignentur hæ sententiæ Hieron. de perse ut one, ejusque fructu. Sic verò ille in Epist. ad Hed. Est Triumphus DEI, passio martyrum & pro nomine Christi cruoris effusio & inter tormenta letitia. Et idem ad Theophyl. Fundendo sanguinem & patiendo magis, quàm faciendo contumelias Christi fundata est Ecclesiæ, persecutionibus crevit & martyriis coronata est.

Verbalis porrò persecutio est accusatio, de qua quatuor in textu. (I.) *Judices*, coràm quibus *Jeremias* accusatus. Fuisse autem dicuntur principes Iuda i.e. Consiliarii aulici, qui ut seditionem ortam sedarent, descenderunt ex aula regia in templum, ibique confederunt, in porta recentiore, vel supremâ, quàm Regem Iothanum extruxisse legitimus 2. Chron. 23, 7. Quod autem olim in Palestina iudicia in portis celebrari solita, liquet ex libro Ruth. c. 4. vs. 1. itemque ex Psalm. 127, 6. Et Prov. 31, 23. causa fuisse videtur, ut cuius ad Iudices liberrimus pateret aditus, qualia etiam iudicia esse oportet i.e. patula tam pauperibus quàm dirioribus.

(II.) Formula accusationis, cujus summa ad duos potissimum articulos revocari potest, quorum. 1. *ἵνα ὀνειδισθῆς* sibi vendicat. *ἵνα ὀνειδισθῆς* est, *Jeremiam* esse reum moriis: *ἵνα ὀνειδισθῆς* verò, quia prophetaverit, audiente omni populo contra urbem isthanc i.e. Hierosolymam κατὰ ἐξοχὴν.

(III.) *Apoogia Jeremias*, cujus tria potissimum membra. I. 1. provocat ad mandatum DEI. In 2. repetit concionem *μὴ φοβησθε* sibi à Jehova demandatam suprâ vs. 3. In 3. se offert ad martyrium, sed additâ hac interminatione: si contingat, ut capitali afficiatur supplicio, contracturos eos & sibi & urbi reatum sanguinis innocentissimè fusi: Quicquid enim ab ipso factum, id omne auctoritate divinâ factum sciant.

Observetur hîc; quo respectu sanguis appelletur innocens? Non certè eo, qui est ad DEUM, cujus respectu nemo innocens Job. 9, 1. & 2. Verùm respectu ad homines, qui absque justa causa sanguinem fundunt; contra quos Jehova ipse suam pronulgavit sententiam Gen. 9. *Qui suderit sanguinem humanum per hominem*

v. 10.

v. 11.

v. 12.

v. 13.

v. 14.

v. 15.

E

nem